

# Incipit Prologus Regulae Ordo Militaris et Hospitalis Sanctus Adalbertus in Oglobia.



inibus imprimis fermonoster dirigitur, quicumque proprias voluntates sequi contemnunt, si summo ac vero Regi militare animi puritate cupiunt, ac obedientiae armaturam preclaram assumere, intentissima cura implendo preceptum, per perseverando impleant. Hortamur itaque vos, qui usque nunc militiam secularem, in qua Christus non fuit causa, sed solo humano favore amplexati estis: quatenus horum unitati, quos Dominus ex massa perditionis elegit, per ad defensionem S. Ecclesiae gratuita pietate composuit, vos sociandos perhumaniter festinetis. Ante omnia autem, quicumque es, o Christi Miles, tam sanctam conversationem eligens, te professionem tuam oportet puram adhibere, diligentiam ac firmam perseverantiam, quae a Deo tam digna, per sublimis esse dignoscitur: ac si pure per perseveranter observetur inter militantes, qui pro Christo animas suas dederunt, sortem obtinere mereberis. In ipsa namque resioruit per revixit Ordo Militaris, qui desperto iustitiae zelo, non pauperes aut Ecclesias defendere, quod suum erat: sed rapere, spoliare, interficere contendebant. Bene igitur nobiscum agitur, quibus Dominus per Salvator noster I. Christus amicos suos a Civitate sancta in confinium Franciae ac Burgundiae debexit, qui pro nostra ac salute vereque fidei propagatione, non cessant animas suas hostiam Deo placentem offerre. Nos ergo cum omni gratulatione ac fraterna pietate, precibusque Magistri Conradus Sables, in quo predicta militia sumpsit exordium, cum Spiritu Sancto intimante ex diversis Ultramontanae Provinciae mansionibus in solemnitate S. Hilarii, anno 1240. ab incarnato Dei Filio, ab institutione predictae militiae nono, ab Ereras, Deo duco, in unum convenimus, per modum per observantiam Ordinis Equestris per singula capitula, ex ore ipsius Magistri Conradus Sables audire meruimus, ac iuxta notitiam exiuitatis nostrae scientiae qualem nobis videbatur bonum ipse utile collaudabimus. Perumeniemper, quod nobis videbatur absurdum, omneque, quod in presenti Concilio nequid esse nobis memorabiliter relatum, ac computatum, non levitate, sed consultata providentia, per discretionem venerabilis Patris Honorii, ac incliti Patriarchae Ierosolymitani Stephani fertilitate, ac necentitate, non ignari Orientalis Religionis, nec non pauperum Commilitonum Christi, consilio communis capituli unanimiter commendabimus. Sane autem prorsus licet nostri dictaminis autoritate permaximus numerus



Religiosorum Patrum, qui in illo Concilio divina admonitione conveniunt, commendat: non debemus silenter transire, quibus videntibus, pro veras sententias proferentibus, ego Sigerus de Brabantia, presentis pagine, iuxta Concilii ac venerabilis Abbatis Cetrbrand Oibentis, cui creditum ac debitum hoc erat, humilis scriba esse divina gratia merui.

### **Nomina Patrum residentium in Concilio.**

Primus quidem refedit Romanus de Sancto Angelo, pro Sancta Romanae cardinalis Portus: deinde Henricus Archiepiscopus copus Benientis: tertius Gualterius, Archiepiscopus Senonensis: deinde Coepiscoporum Episcopus Parisiensis, Episcopus Trecentis, Praefatus Aurelianensis, Episcopus Catalaunensis, Episcopus Laudunensis, Viscabus Episcopus Cracoviensis, cuius sententiam praescripti libera voce collaudabant. Fuerunt autem Magister Armandus Bementis, ac complures alii, quos longum esset enumerare. Conradus nomine, revera non defuit pro quosdam de Fratibus suis secum habuit: verbi gratia, fratrem Henricum, fratrem Adrianum, fratrem Michaelam: fratrem Paulum, Joannem. Ille vero Magister Conradus cum istis Discipulis modum pro observantiam exigere inchoationis sui militaris Ordinis, qui ab illo, qui dicit, Ego Principium, qui et loquor vobis, sumpsit exordium: iuxta memorice fidei notitiam, supra nominatis Patribus intimans. Placuit itaque Concilio, ac consilium ibi lima pro consideratione divinarum scripturarum diligenter examinatum, tamen cum providentiae Papae Romani, ac Patriarchae Ierosolimitani necnon capituli assensu pro pauperum Communionum Templi, quod est in Ierusalem, scripto, commendaretur, ne oblivioni traderetur pro inenodabiliter serparetur; ut recto cursu, ad suum conditionem, cuius dulcedo tam mel superat, ac ei comparatum velut absinthium sit amarissimum, pervenire digne mereantur: praestante, cui militant pro militare queant, per infinita seculorum secula. Amen.

## **Regula**

**Ordo Militaris et Hospitalis Sanctus Adalbertus in Oglobia.**

**Qualiter Divinum Officium audiant.**

Vos quidem propriis voluptatibus abrenunciantes, atque alii, pro animorum salute vobiscum ad terminum cum equis pro armis summo Regi militantes, matutinas, pro omneservitium integrum, secundum canonicam institutionem, ac regularium Doctorum Sanctae Civitatis consuetudinem pio ac puro affectu audire universaliter studeatis. Idcirco, vobis, venerabiles Fratres, maxime debetur, quia praesentis vitae luce despecta, contempnitoque vestrorum corporum craciata, frequentem mundum pro Dei amore vilescere peremittere promissistis, divino cibo referti ac satiati, pro dominicis proceptis eruditi



p firmati, post mystetii Divini consummationem nullus pabescat ad pugnam, sed paratus sit ad coronam.

**Quod Orationes Dominicæ, si audire nequiverint, dicent**

Ceterum si aliquis frater negotio Orientalis Christianitatis forte remotus, quod sæpius evenisse non dubitamus, pro tali absentia, Dei servitium non audierit, pro matutinis tredecim Orationes Dominicæ, ac pro singulis horis septem, sed pro Vesperis novem dicere collaudamus, ac libera voce unanimiter asseruimus. Isti etenim in salutifero labore ita directi non possunt accedere hora ropetenti ad divinum Officium, sed si fieri potest, horæ constitutoe non preterreant ante institutum debitum.

**Quid legendum pro Fratribus defunctis.**

Quando vero quilibet fratrum remanentium, morti, (quæ nulliparrit) impendet, quod est impossibile auferri, Capellanus ac Clericus vobiscum ad terminum caritative summo Sacerdoti ferventibus, creditum officium a missam solemniter pro ejus anima, Christo animi puritate jubemur offerre. Fratres autem ibi adstantes & in orationibus pro fratris defuncti salute pernoctantes, centum orationes Dominicæ usque ad diem septimum, pro patre defuncto persolvant: ab illo die, quo eis obitus fratris denunciatus fuerit, usque ad proadictum diem, centenarius numerus perfectionis integritatem cum fraterna observatione habeat. Adhuc nempe divina ac misericordissima caritate deprecamur, atque pastoralis autoritate jubemus, ut quotidie, sicuti fratri in vicibus dabatur, p debetur, ita quod est necessarium sustentationi hujus vitæ in cibo p potu tantum, cuidam pauperi, ad quadragesimum diem impendatur. Omnes enim alias oblationes quas in morte fratrum, p in Paschali solemnitate, ceterisque solennitatibus, Domino pauperum Commilitonum Christi spontanea paupertas indiscrete reclusit consueverat, omnino prohibemus.

**Capellani vicium & vestitum tantum habeant.**

Alias vero oblationes, p omnia elemosinarum genera, quoquomodo fiant Capellanis, vel aliis ad tempus manentibus, unitati communis Capituli reddere per vigili cura proecipimus. Servitores itaque Ecclesie p vicium vestitum secundum auctoritatem tantum habeant, sic> nihil amplius habere presumant, nisi magistri sponte caritative dederint.

**De Militibus defunctis qui sunt ad terminum.**

Sunt namque Milites in Domo Dei Temploque Salomonis ad terminum misericorditer vobiscum degentes; unde ineffabili miseratione vos rogamus, deprecamur, p ad ultimum obnixè jubemus, ut cum interim tremenda potestas ad ultimum diem aliquem perduxerit, divino amore ac fraterna pietate septem dies sustentationis pro anima ejus pauper habeat.



**Ut nullus Frater remanens oblationem faciat.**

Decrevimus, ut superne dictum est, quod nullus Fratrum remanentium aliam oblationem agere presumat, sed die noctuque mundo corde in sua professione maneat, ut sapientissimo Prophetarum in hoc equipollere valeat. Calicem salutaris accipiam, & in morte mea mortem Domini imitabor. Quia sicut Christus pro me animam suam posuit, ita & ego pro fratribus animam ponere sum paratus. Ecce copetentem oblationem, ecce hostiam viventem Deoque placentem.

**De immoderata statione.**

Quod autem auribus nostris verissimus testis insonuit, videlicet immoderi, illic statione sine mensura stando, divinum officium vos audire, ut iuri non proecipimus, immoderamus: sed finito Psalmo, Venite exultemus Domino, cum Invitatorio per Hymno, omnes sedere tamfortes, quam debiles, propter scandalum evitandum nos jubemus. Vobis vero resistentibus unoquoque Psalmo finito, in recitatione Gloria Patri, deinde ut sitis ad altare supplicando, ob reverentiam sanctae Trinitatis. Sic etiam in recitatione Evangelii, per ad Te Deum laudamus, per per totas Laudes, donec finito Benedicamus Domino, stare adscribimus per eandem in Matutinis S. Marias teneri jubemus.

**De Refectione Conventus.**

In uno quidem palatio, sed melius dicitur, refectorio communiter vos cibum accipere credimus, ubi quando aliquid necessarium fuerit, pro signorum ignorantia, leniter ac privatim querere oportet. Si omni tempore, quae vobis necessaria sunt, querenda sunt, cum omni humilitate, per subiectione reverentiae, potius ad mensam, cum Apostolus dicat: panem tuum cum silentio manduca; & Psalmista vos animare debet, dicens, posui ori meo custodiam, id est, Apud me deliberavi ut non delinquerem lingua, id est, custodivi os meum ne male loquerer.

**De Lectione.**

In prandio per crena semper fit sancta lectio recitata. Si Dominum diligimus, salutifera eius verba atque procepta, intentissima aure desiderare debemus, Lector autem lectionum vobis indicat silentium.

**De Carnis refectione.**

In hebdomada namque, nisi Natalis dies Domini, vel Pascha, vel festum S. Mariae, aut omnium Sanctorum ebenerit, vobis tertrefectio carnis sufficiat, quia affueta carnis comestio intelligitur onerosa corruptio corporum. Si vero in die Martis tale jejunium ebenerit, ut usus carniarum retrahatur, in crastino abundanter vobis impendatur. Die autem Dominica omnibus Militibus remanentibus, necnon Capellanis duo ferrula in honorem S. Resurrectionis impendi bonum per idoneum



indubitanter videtur. Alii autem videlicet armigeri p̄ clientes, uno contenti, cum gratiarum actione permaneant.

**Qualiter manducare Milites debeant.**

Duos p̄ duos manducare generaliter oportet, ut tolerter unus de altero p̄uideat, ut asperitas vitæ vel furtiva abstinentia in omni prandio intermiscatur. Hoc autem iuste indicamus, ut unusquisque Miles aut Frater, nequalem dequipollentem vini mensuram pro se solus habeat.

**Utalis diebus duo aut tria leguminum fercula sufficiant.**

Aliis diebus, videlicet secunda p̄ quarta Feria p̄ necnon p̄ in Sabbatho, duo aut tria leguminum, aut aliorum ciborum fercula; aut, ut ita dicam, cocta pulmentaria, omnibus sufficere credimus, p̄ ita teneri iubemus, ut forte qui ex uno non potuerit edere, et alio reficiatur.

**Quo cibo sexta Feria reficere oportet.**

Sexta autem Feria bibum quadragesimalem, ob reverentiam Passionis, omni congregationi, remota infirmorum imbecillitate, semel sufficere a festo omnium Sanctorum usque in Pascha, nisi Natalis dies Domini, vel festum S. Marie, aut Ap̄tolorum ebenerit, collaudamus, Alio vero tempore, nisi generale jejuniū ebenerit bis reniatur.

**Post refectorem semper gratias referant.**

Post prandium vero p̄ coenam semper in Ecclesia, si prope est, vel si ita non est, in eodem loco, summo procuratori nostro, qui est Christus, gratias, ut decet, cum humiliato corde referre stricte percipimus. Famulis ac pauperibus fragmenta, (panibus tamen integris reservatis) distribuere fraterna caritate debent p̄ iubentur.

**Ut decimus panis semper Elemosinario detur.**

Licet paupertatis procerorum, pauperibus procul dubio debeat, vobis tamen, quod Christiana fides de illis indubitanter fatetur, decimum totius panis quotidie Elemosinario vestro dare iubemus.

**Ut collatio sit in arbitrio Magistri.**

Cum vero Soi Orientalem regionem deferit, p̄ ad Hyberniam descendit, audito signo, ut est ejusdem regionis consuetudo omnes ad Completas oportet incedere vos, ac prius generalem collationem sumere peroptamus. Hanc autem collationem in dispositione p̄ arbitrio magistri ponimus, ut quando voluerit de aqua, p̄ quando iubebit misericorditer ex vino temperato competenter recipiatur. Verum oc, non ad nimiam satietatem oportet veri, sed parcius, quia apostatate etiam sapientes videmus.



**Ut finitis Completis silentium teneatur.**

Finitis itaque Completis ad stratum ire oportet; Fratribus igitur a Completoriis exeuntibus nulla ut demum licentia data loqui in publico, nisi necessitate cogente: Armigero autem suo, quae dicturus est, leniter dicat. Est vero forsitan, ut in tali intervallo vobis de Completoriis exeuntibus, maxima necessitate cogente, de militari negotio, ut de statu domus vestrae, quia dies ad hoc vobis succurrere non creditur, cum quadam fratrum parte, Magistrum, vel illum, cui domus dominium ipsius Magistrum est debitum, oporteat loqui: ac autem ita verbi iubemus, ut ideo quia scriptum est; in multiloquio non effugies peccatum, per illud, mors & vita in manibus linguas. In illo colloquio securitatem per verbum otiosa acritum morientia, omnino prohibemus, per vobis ad lectul non tibus, Dominicam orationem, si aliquis quid stultum est locutus, cum humilitate per puritatis devotione dicere iubemus.

**Ut fatigati ad Matutinas non surgant.**

Fatigatos nempe Milites non ita, ut nobis est manifestum, surgere ad Matutinas conlaudamus, sed assensu Magistri, vel illius, cui creditum fuerit a Magistro, eos quiescere, per tresdecim orationes constitutas sic cantare, ut mens ipsorum voci concordet iuxta illud Propetiae, Psallite Domino sapienter, per illud, in conspectu Angelorum psallam tibi; vos unanimes collaudamus. Hoc autem in arbitrio Magistri semper consistere debet.

**Ut communitas victis inter Fratres fervetur.**

Legitur in divina Pagina, Dividebatur singulis prout cuique opus erat. Ideo non dicimus ut personarum acceptio, sed infirmitatum debet esse consideratio. Ubi autem, qui minus indiget, agat Deo gratias per non contristetur. Qui vero indiget humiliter pro infirmitate, non extollatur pro misericordia, per ita omnia membra erunt in pace. Hoc autem prohibemus, ut nulli immoderatam abstinentiam amplecti liceat, sed communem vitam instanter teneant.

**De qualitate & modo vestimenti.**

Vestimenta autem unius coloris semper esse iubemus, verbi gratia, alba vel nigra, vel ut ita dicam burella. Omnibus autem Militibus professis in hyeme per in castitate, si fieri potest, alba vestimenta concedimus, ut qui tenebrosam vitam postposuerint, per liquidam per albam suo conditori se reconciliari agnoscant. Quid albedo? nisi integra castitas. Castitas, securitas mentis, sanitas corporis est, nisi etenim unusquisque Miles castus perseveraverit, ad perpetuam requiem venire per Deum videre non poterit testante Paulo Apostolo. Pacem sectamini cum omnibus & castimoniam, sine qua nemo videbit Dominum. Sed quia huiusmodi indumentum arrogantiae ac superfluitatis aestimatione carere debet, talia habere omnibus iubemus, ut solus leniter per se vestire per exuere ac calcare per discere valeat.



Procurator huius ministerii per vigiliam hoc vitare praesumat, ne nimis longa, aut nimis curta, sed mensurata ipsis ulentibus, ierendum uill<sup>USCU</sup> Intque quantitatem suis fratribus tribuat. Accipientes itaque nobis, vetera semper reddant in praesenti, repouent. I in r. unrr. i. vel ubi frater, cuius est ministeriam, decreverit, propter Armigeros p. clientes p. quandoque pro pauperibus.

**Quod Famuli alba vestimenta; id est, pallia non habeant.**

Hoc nempe, quod errat la domo Dei ac suorum militum Templi, sine discretionem ac consilio communis capituli obmixte contradicimus, p. funditus quasi quoddam vitium peculiare amputare praecipimus. Habebant enim olim famuli p. armigeri alba vestimenta, unde veniebant damna importabilia. Surrexerunt namque in Ultramontanis partibus quidam pseudofrateres, p. conjugati, p. alii dicentes se esse de Templo, cum sint de mundo. Hi nempe tantas contumelias totque damna Militari Ordini adquisierunt, p. clients remanentes plurima scandala oriri inde superbiendo fecerunt. Habeant igitur assidue nigra, sed si talia non possunt invenire, habeant qualia inveniri possunt in illa Provincia, in qua degunt, aut quod vilis unius coloris comparari potest, videlicet burella.

**Quod Milites remanentes tantum alba habeant.**

Nulli ergo concessum est candidas chamides deferre, aut alba pallia habere, nisi nominantis Militibus Christi.

**Ut pellibus agnorum utantur.**

Decrevimus communi consilio, ut nullus frater remanens per hyemem pelles aut pelliciam, vel aliquid tale quod ad usum corporis pertineat, etiamque coopertorium, nisi agnorum vel arietum habeat.

**Ut vetusta Armigeris dabantur.**

Procurator vel Dator pannorum, omni observantia, veteres semper Armigeris p. clientibus, p. quandoque pauperibus, fideliter aequaliter que erogare intendat.

**Cupiens optima, deteriora habeat.**

Si aliquis frater remanens, ex debito ex motu superbiae pulchra vel optima habere voluerit ex tali praesumptione procul dubio vilissima merebitur.

**Ut quantitas & qualitas vestimentorum servetur.**

Quantitatem, secundum corporum magnitudinem, largitatemque vestimentorum observare oportet: Dator pannorum sit in hoc curiosus.



**Ut aequalitas in distributione pannorum potissimum seruetur.**

Longitudinem, ut saepius dictum est, cum aequali mensura, ne vel futurorum criminantium oculus aliquid notare praesumat, Procurator fraterno intuitu consideret, a in omnibus supradictis Dei retributionem humiliter cogitet.

**De superfluitate capillorum.**

Omnes Fratres remanentes principaliter ita tonsos habere capillos oportet, ut regulariter, ante p retro se ordinate considerari possint: p in barba p in grennis eadem regula indeclinabiliter obseruetur, ne superfluitas, aut facetiae vitium denotetur.

**De Rostris & Laqueis.**

De rostris p laqueis manifestum est, p Gentile: p cum abominabile hoc omnibus agnoscat, prohibemus, p contrahiamus, ut aliquis ea non habeat, imo proptus careat. Illis autem ad tempus famulantibus, rostra, p laquea p capillorum superfluitatem p vestium immoderatam longitudinem habere non permitimus, sed omnino contradicimus. Seruientibus enim summo Conditori munditia interius exteriusque valde nocet. Taria: eo ipso attestante, qui ait, Estote mundi, quia ergo mundus sum.

**De numero Equorum & Armigerorum.**

Unicuique vestrorum Militum, tres equos licet habere, quia domus Dei Templique Salomonis eximia paupertas amplius non permittit inpraesentiarum angere, nisi cum Magistri licentia.

**Nullus Armigerum gratis feruentem feriat.**

Solum autem Armigerum singulis Militibus eadem causa concedimus: sed si gratis p caritative ille armiger cuiquam Militi fuerit, non licet eidem eum verberare, nec etiam pro qualibet culpa percutere.

**Qualiter ad tempus remanentes recipiantur.**

Omnes Militibus seruire Iesu Christo animi puritate in eadem domo ad terminum cupientibus, equos in tali negotio quotidiano idoneos, p arma p quidquid eis necessarium fuerit, emere fideliter iubemus. Deinde vero ex utraque parte aequalitate serbata bonum & utile appretari equos iudicabimus. Habeatur itaque pretium in scripto, ut tradatur oblivioni. Et quidquid Militi, vel equis eius aut Armigero erit necessarium, adjunctis p ferris equorum secundum facultatem domus, ex eadem domo, fraterna caritate impendatur. Si vero interim equos suos Miles aliquo ebenti in hoc seruitio amiserit, magister p facultas domus hoc exigit, alios admittret. Adveniente autem termino repartendi, medietatem pretii, ipse Miles, divino amore concedat, alteram ex communi fratrum, si ei placet, accipiat.



**Quod nullus iuxta propriam voluntatem incedat.**

Convenit his nempe Militibus, qui nihil sibi Christo carius existimant, propter fendum secundum quod professi sunt, p propter gloriam summæ beatitudinis, vel metum gebennas, ut obedientiam indefinenter magistro teneant. Tenenda est itaque, ut max, ubi aliquid imperatum a Magistro fuerit, vel ab illo cui Magister mandatum dederit, sine mora ac si divinitus imperatur, moram pati nesciant in faciendo. De talibus enim ipsa veritas dicit: obauditu auris obedivit mihi.

**Si licet ire per villam, sine iussu Magistri.**

Ergo hos tales Milites propriam voluntatem relinquentes, p alios ad terminum fervientes deprecamur, p firmiter eis iubemus, ut sine Magistri licentia, vel cui creditum hoc fuerit, in villam ire non præsumant, præterquam noctu ad Sepulchrum, p ad stationes, quæ intra muros Sanctas Civitatis continentur.

**Si licet eum ambulare solum.**

Hi vero ita ambulantes non sine custode, id est, Milite aut fratre remanente, nec in die nec in nocte inter inchoare audeant. In exercitu namque, postquam hospitati fuerint, nullus Miles vel Armiger aut famulus per atria aliorum militum, caussa bibendi, vel cum aliquo loquendi sine iussu, ut dictum est superius, incedat. Itaque consilio obfirmamus, ut in tali domo ordinata a Deo, quod nullus secundum propriam voluntatem, aut quiescat: secundum Magistri imperium totus incumbat: ut Uiam Domini sententiam imitari valeat, qua dicit: non veni facere voluntatem meam, sed eius qui me misit.

**Ut nullus nominationem, quod ei necessarium erit, quaerat.**

Hanc proprie consuetudinem inter cetera adscribere iubemus, p cum omni consideratione, ob vitium quaerendi, teneri præcipimus. Nullus igitur frater remanens, assignanter p nominationem equum aut equitaturam, vel arma quaerere debet. Quomodo ergo? Si vero eius infirmitas aut equorum suorum debilitas, vel armorum suorum gravitas, ialis est. Et agnoscitur, ut sic incedere sit damnum commune, veniam Magistro, vel cui est debitum ministerium post Magistram, p causam vera fide p pura ei demoustrat. Unde namque in dispositione Magistri, vel post eum, Procuratoris, resse habeat.

**De Frenis & Calcaribus.**

Nolumus, ut omnino aurum vel argentum, quæ sunt divitice peculiare, in frenis aut pectoralibus, nec calcaribus vel in renis unquam appareat; nec alicui fratri remanenti emere liceat. Si vero caritative talia vetera instrumenta data fuerint, aurum vel argentum taliter coletur; ne splendidus color vel decor, coeteris arrogantia videatur. Si nova data fuerint, Magister de talibus, quod voluerit, faciat.



**Tegimen in Hastis Clypeis non habeatur.**

Tegimen extem in clypeis p hastis, in furellis p lanceis non habeatur. Quia hoc non proficuum, imo damnum nobis omnibus intelligitur.

**De Licentia Magistri.**

Licet magistre cuiquam dare equos, vel arma, vel quamlibet rem cuiuslibet dare.

**De Mala & Sacro.**

Sacculus p mala, cum firmatura non concedantur, sic exponentur, ne habeant absque Magistri licentia, vel cui creduntur, domus post eum negotia. In hoc presententi capitulo, Procuratores, p perdiversas Provincias degentes non continentur, nec ipse Magister intelligitur.

**De Legatione Litterarum.**

Nullatenus cuiquam fratrum litteras licet, a parentibus suis, nequ, l quoquam hominum, nec sibi invicem accipere vel dare, sine iudu Magistri vel Procuratoris. Postquam licentiam frater habuerit, in presentia Magistri, si ei placet, legantur. Si vero p a parentibus ei quidquam directum fuerit, non presumat suscipere illud, nisi prius indicatum fuerit magistro. In hoc autem capitulo magister p domis procuratores non continentur.

**De Fabulatione propriarum culparum.**

Cum omne verbum otiosum generare agnoscat peccatum, quid ipsi iactantes de propriis culpis ante districtum Iudicem dicturi sunt! Ostendit certe Propbeta. Si a hominis eloquiis propter taciturnitatem debet interdum taceri, quanto magis a malis verbis, propter penam peccati debet celari! Petamus igitur p audacter contradicimus, ne aliquis Frater remanens, ut melius dicam fluitias, quas in seculo, in militarinegocio, tam enormiter egit, p carnis delectationes miserimarum mulierum, cum fratre suo, vel alio aliquo, vel de alio commemorare audeat. Et si forte talia referentem, quemlibet audierit, obmutescere faciat, vel quantocius poterit cito pede obedientie inde discedat p fabularum venditori autem cordis non prebeat.

**De Quæstu & Acceptione.**

Verum enim vero, si aliqua res sine quæstu cuiuslibet Fratri data gratis fuerit, deferat Magistro vel Dapifero. Si vero aliter suus amicus vel parens dare nisi ad opus suum noluerit, hoc profus non recipiat, donec licentiam a Magistro suo habeat. At vires data fuerit, non pigeat illum, si alteri datur. Umo pro certo sciat, quia si inde irascitur, contra Deum agit. In hoc autem proedicta regula ministratores non continentur, quibus specialiter hoc ministerium debetur, p conceditur de mala p sacro.



## **De Mandurariis Equorum.**

Utilis res est cunctis hoc proceptum a nobis constitutum, ut indeclinabiliter amodo teneatur. Nullus autem Frater facere praesumat manduraria linea vel lanea: idcirco principaliter facta, nec habeat ulla excepto perfinello.

**Ut cambiare vel quaerere nullus audeat.**

Nunc a I d restat, ut nullus praesumat cambiare sua, Frater cum Frater, sine licentia Magistri, p aliquid quaerere, nisi Frater Fratri, p sit res parva, vilis, non magna.

**Ut nullus abem cum abe capiat, nec cum capient increpat.**

Quod nullus abem cum abe accipere audeat nos communiter indicamus: non convenit enim Religioni, sic cum mundanis delectationibus inhaerere, sed Domini praeccepta libenter audire, orationi frequenter incumbere, mala sua cum lacrymis vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri. Cum homine quidem talia operante, cum accipere, vel alia abe, nullus Frater remanens hac principali causa ire praesumat.

**Ut nullus Arcu vel Balista percutiat.**

Cum omnem Religionem ire deceat simpliciter, sine ritu, humiliter, p non multa verba sed rationalia loqui, p non sic clamosa in voce, specialiter injungimus, p praecipimus omni Fratri profecto, ne in bosco cum arcu aut balistae jaculari audeat, nec cum illo qui hoc fecerit ideo pergat, nisi gratia cum custodiendi a perfido Gentili; nec cum cane sit ausus calamare vel garrulare, nec equum suum, cupiditate accipiendi feram, pungat.

**Ut Leo semper feriatur.**

Nam est certum, quod vobis specialiter creditum est, p debitum pro fratribus vestris animam ponere, atque incredulos, qui semper Virginis filio minitatur, de terra delere. De Leone nos hoc debemus quia ipse circuit, quaerens quem deporet, p manus ejus contra omnes, omniumque manus contra eum.

**De omni re, super vos quaesita, iudicium audite.**

Novimus quidem persecutores sanctae Ecclesiae innumerabiles esse; p hos qui contentionem non amant incessanter, crudeliterque inquietare festinant. In hoc igitur concilii sententia serena consideratione pendeat, ut si aliquis in partibus Orientalis Religionis, in quocumque alio loco super vos rem aliquam quaesierit; vobis, per nobiles p veri amatores iudices audire iudicium praecipimus; p quod iustum fuerit indeclinabiliter vobis facere praecipimus.

**Ut haec regula in omnibus teneatur.**

Haec eadem regula in omnibus rebus, vobis immerito ablati, perhumaniter iubemus, ut teneatur.



**Quod licet omnibus Militibus Profectis terram & homines habere.**

Divina, ut credimus, providentia, a vobis in Sanctis Locis sumpsit initium ac genus nobum Religionis: ut videlicet Religionis militiam admittere, p sic Religio per militiam armata procedat, p hostem sine culpa feriat. Jure igitur judicamus, cum Milites Templi dicamini, vos ipsos ob insigni merito si speciale probitatis donum, terram si homines habere, p agricolas possidere, si iuste eos regere, p institutum debitum vobis specialiter debetur impendi.

**Ut male habentibus cura pervigil habeatur.**

Male habentibus Fratribus supra omnia adhibenda est cura pervigil si quasi Christo eis servatur, ut illud Evangelium, infirmus fui & visitasti me, memoriter teneatur. Hi etenim diligenter ac patienter portandis sunt quia de talibus superna retributio indubitanter adquiritur.

**Ut infirmis necessaria semper dentur.**

Procuratoribus vero infirmatum omni observantia atque pervigili cura precipimus, ut quocumque sustentationi diversarum infirmitatum sunt necessaria, nbeliter ac diligenter juxta domuum facultatem eis administrent, verbi gratia carnem p volatilia, q cetera: donec sanitati reddantur.

**Ut alter alterum ad iram non provocet.**

Procrabendum nempe non medicum est, ne aliquis aliquem commovere ad iram presumat, quia propinquitatis p divinae fraternitatis tam pauperes quam potentes, summa clementia aequaliter affixit.

**Quomodo Fratres conjugati habeantur.**

Fratres autem conjugatos hoc modo habere vobis permittimus, ut si fraternitatis vestrae beneficium p participationem petunt, uterque, suae substantiae portionem, p quidquid amplius adquefierint, unitati communis Capituli post mortem concedant, v! interim honestam vitam exercent, a bonumegere Fratribus studeant, sed veste candida, p chlamyde alba non incedant. Si vero maritus ante obierit, partem suam Fratribus relinquat, p conjux de altera vita sustentamentum habeat. Hoc enim injustum consideramus, ut cum Fratribus Deo castitatem promittentibus, Fratres hujusmodi in una eademque domo maneat.

**Ut amplius sorores non coadumentur maribus.**

Sorores quidem amplius periculofum est coadunare, quia antiquus hostis famineo confortio complures expulit a recto tramite Paradisi. Utaque, Fratres carissimi, ut integritatis flos inter vos semper appareat, hac consuetudine amodo uti non liceat.



**Ut Fratres Templi cum Excommunicatis non participant.**

Hoc Fratres valde cavendum, atque timendum est, ne aliquis ex Christi Militibus homini excommunicato nominationim ac publice aliquo modo se jungere aut res suas accipere presumat, ne anathema maranatha similiter fiat. Si vero interdictus tantum fuerit, cum eo participationem habere, rem suam curatim accipere non immerito licebit.

**Qualiter Milites seculares recipiantur.**

Si quis Miles ex massa perditionis, vel alter secularis, seculo volens renunciare, vestram communionem per vitam velit eligere, non ei statim assentiatur, sed juxta ita loquitur Paulus: probate spiritus si ex Deo sunt, per sic ei ingressus concedatur. Legatur igitur regula in eius presentia, per si ipse proceptis expositae regulae diligenter obtemperaverit, tunc si Magistro per Fratribus ejus recipere placuerit, convocatis Fratribus, desiderium per petitionem suam cunctis, animi puritate patefaciat. Deinde vero terminus probationis in consideratione per providentia Magistri, secundum honestatem vitae petentis, omnino pendeat.

**Ut omnes Fratres ad secretum Concilium non vocentur.**

Non semper omnes Fratres ad concilium convocare jubemus, sed quos idoneos per consilio providos Magister cognoverit. Cum autem de majoribus tractare voluerit, ut est dare communem terram, vel de ipso Ordine disceptare, aut Fratrem recipere, tunc omnem Congregationem, si Magistro placet, convocare est competens: auditoque communis Capituli consilio, quod melius per utilius Magister consideraverit, illud agatur.

**Quod cum silentio orare debeant.**

Omnes Fratres, prout animi per corporis affectus postulaverit, stando vel sedendo, tamen summa cum reverentia, simpliciter per non clamose, ut unus alium non conturbet, communi consilio iubemus.

**Ut fidem ferventiam accipiant.**

Agnovimus nempe complures de diversis Provinciis tam clientes, quam Armigeros, pro animarum salute animo ferventi, ad terminum cupientes in domo nostra mancipari. Utile est autem, ut fidem eorum accipiat, ne forte veteris hostis, in Dei servitio aliquid furtive vel indecenter eis intimet, vel a bono proposito repente exterminet.

**Ut qui, quomodo sunt parvi, non accipiantur inter Fratres Templi.**

Quamvis regula Sanctorum Patrum pueros in congregatione permittat habere, nos de talibus non conlaudamus unquam vos onerare. Qui vero filium suum vel propinquum, in Militari Religione perhumane dare voluerit, usque ad annos, quibus viriliter armata manu possit inimicos Christi de Terra Sancta delere, eum nutriat. Dehinc secundum regulam in medio Fratrum, pater



vel parentes eum statuant, p suam petitionem cunctis patefaciant. Melius est in pueritia non bobere, quam posteaquam vir factus fuerit enormiter retrahere.

**Ut Senes semper venerentur.**

Senes autem pia consideratione secundum virium imbecillitatem, supportare ac diligenter honorare oportet. Et nullatenus in his, que corporis sunt necessaria, districte teneantur; tamen falsa auctoritate Regule.

**De Fratibus, qui per diversas Provincias proficiscuntur.**

Fratres vero qui per diversas Provincias diriguntur, regulam, in quantum vires expetunt, servare in cibo si potu p ceteris studeant, p irreprehensibiliter vivant; ut ab his qui foris sunt, bonum testimonium habeant; Religionis propositum nec verbo nec actu polluant, sed maxime omnibus, quibus se conjunxerint, sapientie p honorum operum exemplum p condimentum prebeant. Apud quem hospitari decreverint, fama optima sit decoratus; p si fieri potest, domus hospitis in illa nocte careat lumine, ne tenebrosus hostis acrationem aliquam, quod absit, inferat. Ubi autem Milites non excommunicatos congregare audierint, illuc pergere, non considerantes tam temporalem utilitatem, quam eternam animarum illorum salutem dicimus. Illis autem Fratibus in ultramarinis partibus spe subversionis ita directis, hac conventionem eos, qui Militari Ordini iungere perhumaniter voluerit, recipere collaudamus; ut in presentia Episcopi illius Provincie, uterque conveniat, voluntatem petentis Preful audiat. Audi ta itaque petitione, mittat enim Frater ad Magistrum, p ad Fratres, qui sunt in Templo, quod est in Jerusalem, p si vita eius est honesta talique confortio digna, misericorditer suscipiatur, si Magistro p Fratibus bonum videtur. Si vero interim obierit pro labore p fatigamine, quoniam ex Fratibus totum beneficium p fraternitas pauperum commilitonum Christi ei impendatur.

**Ut victus aequaliter omnibus distribuatur.**

Illud quoque congrue p rationabiliter manu tenendum censemus, ut omnibus Fratibus remanentibus, victus secundum loci facultatem, equaliter tribuatur, non enim est utilis personarum acceptio, sed inferiorum necessaria consideratio.

**Ut Milites Templi Decimas habeant.**

Credimus namque relictis affluentibus divitiis, vos spontanea paupertati esse subiectos, unde Decimas vobis communi vita viventibus iuste habere, hoc modo demonstravimus. Si Episcopus Ecclesie, cui Decima iure debetur, vobis caritative eam dare voluerit a Centuillius Capituli, de illis Decimis, quas tunc Ecclesia possidere videtur, vobis tribuere debet. Si autem Laicus quilibet adhuc



illam ex patrimonio suo damnabiliter amplectitur, p se ipsum in hoc valde redarguens, vobis eandem reliquerit; ad nutum eius qui praeest tantum, sine consensu Capituli, id agere potest.

### **De leuibus & grauibus culpis.**

Si aliquis Frater loquendo vel militando vel aliter aliquid leue deliquerit, ipse ultro delictum suum satisfaciendo Magistro ostendat. De leuibus si consuetudinem non habeat, leuem poenitentiam habeat. Si vero eo tacente per aliquem alium culpa cognita fuerit, majori p euidentiore subiacet disciplinae p emendationi. Si autem graue erit delictum, retrahatur a familiaritate Fratrum, nec cum illis simul in eadem mensa edat, sed solus refectionem sumat, dispensationi p iudicio Magistri totum incumbat, ut sabois in iudicii die permaneat.

### **Qua culpa Frater amplius non recipiatur.**

Ante omnia providendum est, ne quis Frater potens aut impotens, fortis aut debilis, volens se exaltare, p paulatim superbire ac culpam suam defendere, indisciplinatus remaneat; sed si emendare voluerit, ei districtior correptio accedat. Quod si pijs admonitionibus p suis pro eo orationibus emendare noluerit, sed in superbia magis erexerit, tunc secundum Apostolum, de pio eradicetur grege. Auferte malum ex vobis: necesse est, ut a societate Fratrum fidelium obis moribunda remoueat. Caeterum Magister, qui baculum & virgam manu tenere debet, baculum videlicet quo aliorum virium imbecillitates sustentet: Virgam quoque quae vitia delinquentium zelo rectitudinis feriat, consilio Patriarchae p spiritali consideratione id agere studeat: ne ut ait B. Maximus, solutio lenitas cohibentiam peccantis, aut immoderata feberitas a lapsu non reuocet delinquentem.

Ut a Paschali Solemnitate, usque ad Festum omnium Sanctorum unam camissiam lineam tantum fumere habeat.

Interea quod nimiam ardorem Orientalis Regionis misericorditer consideramus, ut a Paschali festiuitate usque ad omnium Sactorum solemnitatem, unicuique una camissia linea tantum, non ex debito, sed ex sola gratia detur, illi dico, qui ea uti voluerit. Alio autem tempore generaliter omnes camissius lane as habeat.

### **Quod & quales panni in lecto sint necessarii.**

Singulorum quidem non aliter per singulos lectos dormitorium esse, nisi nisi a maxima causa vel necessitas euenit, communi consilio colaudamus. Lectualia vel lectisternia moderata dispensatione Magistri unatuique habeat, Credimus enim prorsus, sacrum, culcitram p coopertorium unicuique sufficere. Qui vero ex bis uno carebit, capitam habeat, p in omni tempore tegmine lineo, id est veluto frui bene licebit. vestiti autem camissius dormiant, femoralibus semper dormiant. Dormientibus itaque Fratrum jugiter usque mane nunquam desit lucerna.



### De vitanda murmuratione.

**A**Emulationes invidias, livorem, murmur, futurrationem, detractiones, divina admonitione vitare, p quasi quandam pestem fugere vobis precipimus. Studeat igitur unusquisque vigilanti animo, ne Fratrem suum clam culpet, aut reprehendat, sed illud Apostoli studiose ferum animadvertat: ne sis criminator, ne futurro in populo. Cū autem Fratrem liquide aliquid peccasse agnoberit, pacifice, p fraterna pietate juxta Domini preceptum inter se p illum solum cor-ripiat. Et si eum non audierit, alium Fratrem adhibeat: sed si utramque contempserit, in Conventu publice obijurgetur coram omnibus. Magnae enim caecitatis sunt, qui aliis detrahunt, p nimiae infelicitatis sunt qui se a libore minime custodiunt, unde in antiquam perfuti hostis nequitiam demergantur.

### Ut omnium mulierum fugiantur oscula.

**P**ericulosum est credimus omni Religioni, vultum mulierum nimis attendere, sic) ideo nec viduam, nec vñ gni!m, nec matrem, nec sororem, nec amitam, nec ullam aliam foeminam aliquis Frater osculari presumat. Fugiat ergo foeminea oscula Christi Militia, per que solent homines saepe periclitari, ut pura conscientia, p securavita, in conspectu Domini perennitervoleat. convertari.